



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sanctis iuliano basilissa [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. Iij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

bitur a Hieronymo in eius martylogio fuisse die sequenti post epiphaniā: vide licet septimo idus Ianuarij.

De sanctis Iuliano basilissa et socijs martyribus. Cap. liij.



**Iulianus**

martyr: cū socijs: basilissa virgo cum socijs: abus tēporibus dioeclesia

ni et maximianus in ciuitate antiochia claruerunt. Qui nobilibus et xpianis parentibus: progenitus: liberalium scien-

tis imbutus: dum annorum xvij. a parentibus ad coniugium coheretur: et ipse in virginitate deo seruire disposuisset: diuina monitus uisione parentibus consensit: et puellam nobilem et xpianam nomine basilissam in coniugem accepit. Die igitur statuta nuptijs eius gloria celebratis intrat cubiculū cū uirgine Iulianus: tanquam in matrem suam solutus: ubi dum uirgo miraretur: quod odorem rosarum et liliorum hyemali tempore sentiret. Exponit sibi Iulianus hunc esse odorem pudicitie uirginalis: et post sanctas admonitiones uirginem ad uotum continentie incitauit. Tunc apparentes sibi ex una parte xps cum comitibus sanctorum: et alia dei genitricis cū societate uirginum: nimia luce circumfusa sanctos dei coniuges de uirginali proposito commendauerunt: et eis coronas aureas imposuerunt: ac librum uite aureis scriptum litteris ostenderunt: in quo nomina sua conscripta Iulianus et basilissa legunt. Sic uisione ac coram oculis ablata: ambo sancti in sancto proposito permanserunt. Adeo ut parentibus Iulianus de medio morte sublati: sua omnia pauperibus erogaret: et duo monasteria construerent: in quorum uno Iulianus et titus pater et administrator: fere mille monachorum: in altero basilissa cū ceru sacratissimo multarum uirginum domino seruebant. Cū autem persecutio christianoꝝ in syria et egypto maxime uigeret: orauit basilissa: ut uirgines quas congregauerat: dominus periclitari non permitteret. Et per uisionem a xpo confortatur: quod omnes filias suas: quas deo acquisiuerat: ad celos promittens: ipsa easdem post modum sequeretur. Quod dum sancta suis refert uirginibus: subito commotus est locus: et apparuit columna lucis inter eas: in qua litteris aureis scriptum erat: qualiter omne illud sacrum collegium xps infra certum temporis spacium ad celestia inuocabat: quod et factum est. Nam intra constitutum tempus: omnes ille sacre uirgines ad celos in sancta confessione migrauerunt. Que post modum cū crebro anno et gemmis indure: basilisse apparuerunt orant: et quod ea expectabat dicentes:

et ad celestia inuitantes. Hec dum basilissa iuliano gaudens retulisset: orans iuxta eum emisit spiritum: quā ille condigne tradidit sepulture. Post hec dum martianus pates antiochia ab imperatoribus missus esset: et christianos omnes deus immolare compelleret: et episcopus ciuitatis multitudine cleri et populi ad sanctum confugissent: misit martianus assessorem suum cum satellitum multitudine: ut de predictis: an ita esset inquireret. Qui uentus ad sanctum iulianum: et ipse cum omnibus: qui cum eo erant: in fide christi feruentes inueniens: eadem presidium nuntiavit. Tūc pates iulianum solū: uti auctorem omnium iussit teneri. Reliquos pro omnes in quo erant loco inclusos incenso cenobio igne cremari: ubi martyrum occisurum audiebatur singulis horis canonicis uoces psallentium. Post hec martianus iulianum in custodia detentum ante se in foro deductum: cepit compellere ad sacrificia deorum. Quem sacrificare nolente: iussit primo uolens sustinere cedi. Et dum cederet: casu unus cedentium eruit alterius oculum: qui erat nostris imperatorum. Qui dum iussu pates ad redēpla deorum ductus esset: ut eis inuocatis oculum reciperaret: demones hoc sacerdotibus se non posse facere clamabant: quin potius eterno igni una cum suis cultoribus referuatos affirmabant. Et dum illuc pates ingressus esset: plus quam quaginta idola de auro: argento: chrysolito et ebore in puluerem redacta sunt. Quod dum pates magice arti iulianus ascriberet: lotio ipsum perfundi iubet: ut sic maleficia solueret: quod tamen in balsami odorem uersum est. Sanctus autem martyr: uero illi excecato facto signo crucis oculum restituit: qui mox ad xpm conuersus: mardaro perfidis gladio interemptus est. Deinde pates iussit sanctum ferro uinctum per totam ciuitatem circumduci. Et dum ante scholas: in quibus celsus puer filius marriani studebat transfiret: uidit celsus circa sanctum multitudinem angelorum coronam preciosam sibi imponente. Quod relictis scholis conuersus: ad pedes sancti iuliani cucurrit: et xpm confiteri uoce clarissima cepit. Et dum pater pates una cum matre et alijs magistratibus eum uellent retrahere: cepit puer eos durius increpare. Quos pates indignatus in artibus obscurum et fetidum carcerem iussit recludi: sed xpi uirtute lux de celo super eos ingens infundit: fetor in odorem conuertit: sed et uincula quibus fuerant alligati soluntur: atque uirgines multas: qui eos custodiebant: ad dñm conuertunt: quod audiens pates eos una cum iuliano et celso eius filio fecit in eadem custodia detineri. Cū igitur esset: ut eo tempore septem fratres filii quodam nobilibus xpianis: qui fuerat de genere carini imperatoris: et ipsi fideles imperatoribus: adeo grati foret: ut ipso sine ulla persecutione cum quodam antonio presbytero: religionem fidei uti permitteret. Qui per uisionem a xpo moniti ad sanctum iulianum in carcerem

vna cum prefato presbytero accesserunt: et ipse  
ac socios horari ceperunt. Et ab antonio pres-  
bytero celsus puer: vna cum viginti militibus con-  
uersis baptismi gratiam perceperunt. Quos  
martianus in eadem custodia detineri precepit:  
et oia que gesta fuerat principibus per litteras in-  
firmavit. Cui impatores remisserunt: quod si sacri-  
ficare nollent: singulos in cuppis pice: sulphu-  
re: et bitumine repletis concremaret. Et dum eos  
oēs educros de custodia preses ante se statuis-  
set: ut eos iuxta impatorum decreta mori faceret.  
Sanctus iulianus iuuenē quēdam defunctū: qui  
portabatur ad tumulū suscitavit: qui et mirabi-  
lia que in alio seculo viderat: coram omnibus enar-  
ravit: et ipse fidem christi recepit. Et cum vixor pre-  
sidentis plorans filio suaderet: ut tam acerba mor-  
te interfici nolleret: promittit eidem celsus: quod in  
cuppa ignea permaneret inustus. At preses fi-  
liū interitum horrens vicariū dereliquit: et inde  
cum lacrimis abscessit. Igitur omnes illi sancti  
in cuppis missi: et igne succenso permanserunt  
illesti. Quod preses audiens admiratus illuc ac-  
cessit: et magis iulianus hec omnia deputas: ma-  
tri celsum per triduum concessit: ut ab ea eius ani-  
mus mutaret. Que cum vna omnibus illis inhone-  
sta custodia detenta: a filio celso conuersa est: et  
ab antonio presbytero baptizata. Quod audi-  
ens martianus viginti milites extra urbem edu-  
ctos tradidit decollandos. Septem quoque fratres  
igne consumi fecit. Iulianus autem cum celso fi-  
lio et matre eius coniuge: et cum antonio presbytero  
ac iuvene a mortuis suscitato: suo iudicio refer-  
ugit. Quos oēs diutius examinatos: et in christi  
confessione inobedientes repertos: iterum carceri tra-  
didit cruciados. Sequenti die ingressus in tem-  
plum iouis eos omnes illuc adductos: cepit ad sa-  
crificia suadere. Orante autem iuliano templo cum  
diabulis idolis subuersus est: et mille de sacerdo-  
tibus et multitudinem gentiliū perferunt: ubi ad  
miraculi attestacionem ignis usque in presens eru-  
ctat. Tunc martianus territus eos iterum carceri  
mancipavit: ubi media nocte ad eos venientes  
basilissa cum omnibus sanctis: quos iuliano christo acqui-  
uerat: eos hortantes ad superna dulcius invita-  
bant. Die autem sequenti iussit preses digitos ma-  
nuū et pedum sanctorum iacinio oleo infuso ligari:  
et igni supponi. Dehinc celso filio suo curam ca-  
pitulis aufert. Antonio quoque presbytero et anasta-  
sio iuveni suscitato oculos effodit. Sanctam autem  
matrem celsi cum aliquis tangere velleret: effecabatur.  
Sancti quoque ex oculis diuinitus illuminantur: et alij  
ab omnibus tormētis liberantur. Quibus martianus  
eos oēs in amphiteatro bestijs exposuisset: et  
fere oēs sanctorum pedibus percussissent: iussu pres-  
identis: oēs rei mortis ibidem deducuntur: cum quibus  
iulianus et ceteri capitali sua feruntur: ut sic san-  
ctorum corpora a reorum cadaveribus: christiani essent  
incognita. Statimque facto terremoto cum coru-  
scationibus et gradine: terris pars civitatis cum oi-

bus templis funditur: conuertitur: preses autem idem usque  
evadens eadem nocte interiturum ebulliens.  
Sed dum christiani corpora sanctorum discernere non possent:  
sententiam singulorum in specie huiusmodi sup singulorum  
corpora visum sunt: et sic corpora sunt collecta et in ec-  
clesia sub altari tumulata. Passio autem horum omnium  
sanctorum agit. vii. idus Ianuarii.

De sancto Luciano presbytero et martyre. Cap. lxxv.



### Lucianus antioche

ne ecclesie presbyter et martyr vir  
doctrinissimus atque eloquentissimus fuit:  
De quo hiero. lib. de viris illustri-  
bus scribit: quod tantum in scripturarum  
studio elaboravit: ut usque tunc quedam exemplaria  
quorundam opusculorum luciani non cuperent. Fe-  
renf et de eius fide libelli: et breves ad nonnullos  
epistole. Passus est nicomedie ob christi confessionem  
sub persecutidone maximiani tpe antiocheni pape:  
et sepultus helenopoli bithynie. Quamvis cum  
prius drepana vocaretur: constantini impator in-  
stauras in honore matris ex nocte ipsius heleno-  
polim vocavit. Beda lucianum hunc sub alio ma-  
ximo impatore: quivna cum constantino imperavit:  
passum fuisse scri. quod passus est. vii. idus Ianuarii.  
De sancto clero diacono et martyre. Cap. lxxvi.



### Lerius diaconus apud antio

chia pro perfidis gloria: septies  
torus et diu in carcerem mace-  
ratus ad vitium decollatus: mar-  
tyrium consumavit. vii. idus Ia-  
nuarii. Hec ad in martyrologio.

De sanctis Luciano maximo  
et iuliano martyribus Cap. lxxvii.



### Lucianus presbyter: maximianus et iulianus pueri: apud beluacii civitatem pro christi nomine passi sunt.

Qui lucianus beatus petri discipulus fu-  
it. Et a sancto clemēte papa cum beato dionysio episcopo  
ad gallias predicantes directus: eisdem comes et  
coadiutor datus extitit. Post hec idem presbyter: a  
sancto dionysio beluacens. ubi destinatus christum euā-  
gelizans: plusquam xxx. milia gentium ad christum con-  
uertit. Inter quos maximianum: et iulianum pue-  
ros baptizavit. Ad hunc comprehensus ubi cū-  
foret inuenit: iulianus presbyter tres pueros desit-  
navit: latrinam: larium: et antram. Qui ipse in belua-  
co predicatē repertum cum duobus pueris iam dictis  
tenuerunt: et ad presertim adduxerunt. Qui primo ma-  
ximianum et iulianum pueros capite cedi fecit. De-  
inde lucianum presbyterum sustulit: cesus: christum presertim  
te sicut decollari mandavit. Cuius corpus trucidatum et  
extantime caput propriis manibus sumptum quasi tribus  
miliaribus deponitur: et trasuadato tate fluio  
usque ad locum: in quo sepeliri elegerat devenit:  
ibi quod gloriose occubuit: ubi et tumulari quiescit. Ut  
siquis raro miraclo huiusmodi gentiles ad christum con-  
verti sicut passi sunt aut sancti martyri. vi. idus Ianuarii.